

nus inter se deformia, quam sint libris, nimirum voces. Hae tamen ipsae inter se habent discrimen aliquod, ut tam multis oleorum, terrarum, salium species erit chemica analysis e diversis corporibus. Ulterius analysis harum veluti vocum, litteras minus adhuc inter se deformes inveniret et ultimo iuxta theoriam meam deveniret ad homogenea punctula, quae, ut illi circuli nigri litteras, ita ipsa diversas diversorum corporum particulas per solam dispositionem diversam efformarent; usque adeo analogia ex ipsa naturae consideratione derivata non ad deformitatem, sed ad conformitatem elementorum nos ducat.

CORPORA NEQUEUNT IN INFINITUM DIVIDIL.

LV. Corpora non sunt in infinitum divisibilis. Cum enim corporum elementa sint entia simplicia (§. 46.), ad divisibilitatem corporum infinitam absolute requireantur, ut in quovis corpore, quantumcumque parvo, aut magno, elementa numero actu infinito existant; atq[ue] omnis numerus actu infinitus repugnat (ont. §. 19.): igitur divisibilitas in infinitum repugnat.

Schol. 1. Corpus nimurum quodvis in tot partes secari potest, quot sunt in eo elementa, seu materias puncta: Quod si divisio ulterius continetur, pertinetib[us] ea ad intervalla vacua inter duo quaevis puncta intercepta, quae omnino divisionem in infinitum admittunt (ont. §. 196. sch. n. 2.). Atque hac ratione evitantur omnes difficultates, quas geometria movet, dum divisibilitatem infinitam extensi continuo demonstrat, quae quantum olim philosophis negotiis facessiverint, nemini in veterum scriptis vel mediocriter versato ignotum esse potest. Ne tamen in ordine ad explicanda naturae phaenomena quidpiam desideretur, in locum divisibilitatis infinitae succedit componibilitas in infinitum, ut ait Boscochivius (*Loc. cit. p. 3. §. 394.*); omni videlicet corpore numerus punctorum actu existentium finitus est, atq[ue] alii augeri semper sine fine potest: cum enim inter duo quaevis distantia puncta semper aliud intersetur quæst. (ont. §. cit.), nullus numerus punctorum in dato spatio existentium adeo magnus erit, ut non alius finitus major in eodem spatio haberi possit.

OCCUPANTUR DUAS.

Schol. 2. Sunt non ex veteribus modo, verum et ex recentioribus philosophis nonnulli, qui, quæ hoc capite dicta sunt, minime probanda esse putent. Horum dubitationibus jam occurram.

Ajunt. Porsus verisimile non esse, ut ex inextensis oritur extensum continuum.

R. Hi quidem optime rationatur, si sermo sit de extenso metaphysice continuo; non item, cum agitur de extenso physice solam, et compare ad nostros dentatax sensus continuo (ont. §. 193.). Linæa, superficies, corpus mathematicum componit punctis simplicibus nequaquam possunt; cum enim haec sint continua metaphy-

sic talia, necesse foret, ut puncta sese mutuo contingenterent, quo casu ex infinitis etiam punctis ne minimam quidem linea umquam exurgere posset, quod argumentum, et olim Zenonians, nunc Leibnitianos obmutescere cogit. Inde Geometraru[m] sapientores linæam non ex punctorum additione, sed ex fluxu unius puncti sui vestigium relinquente generari concipiunt. At vero corpora sunt solūm collectiones punctorum certo a se intervallo distantiū, ac per mutas vires cohaerentia: quare nihil vetat, ut id genus extensem physice solam continuum ex punctis simplicibus, et non extensis conficiat, quemadmodum etiam numerus ex unitatibus, quam nulla vsorū numerum constituit, coalescit.

2. Recte sic concludimus: minimæ quævis masse sensibiles solidæ sunt, pollentes vi attractiva, et repulsiva: ergo etiam elementa soliditate, iisdemque viribus gaudent: igitur recte quoque sic argumentum: minimæ massæ in sensu incurrentes sunt extensa: ergo etiam elementa non omni extensione destituantur.

R. Prioris proprietates absolutæ sunt, nec a ratione totius, aut compiti pendent; quare per inductionem a sensibiliis ad insensibiliā transfréri possunt: contra extensio est proprietas comparativa, que cum pluralitatē involvit (ont. §. 183.), necessaria a ratione compositi pendent: unde his, ex quib[us] compositum coalescit, competere non potest (conf. §. 143. schol. log.), vide quoque Boscochivium (*Theor. phys. natur. p. 1. §. 140.*). Certe si id genus argumentationem valereret, colligi posset quævis massæ coiupiam partem duas libras appendere, propterea quod ipsa integra totidem sit librum.

3. Cf. Justi in dissertatione supra (§. 51. schol.) laudata mirabile argumentum profert, quo ipse quidem totam entium simplicium, ac inextensorum systema reverti putat. Audi argumentationem: ens compositum est ens ex partibus constans; quod constat ex partibus, non potest simul ex nullis partibus constare: ergo ens compositum non potest constare ex nullis partibus; atq[ue] quod non potest constare ex nullis partibus, non potest constare ex entibus, quæ nullas habent partes, quæ sunt entia simplicia: ergo ens compositum non potest constare ex simplicibus.

R. Concesso integro syllogismo subsumtam minorem nego, id ipsum enim, quod in ea sima probatio assertur, in quaestione est: Latet hic præterea insolens aequivoicatione: si namque ea propositione acuturatus disputatione facile appareat, niti eam hypothesis omnino falsa quasi nimurum non habere partes, et non esse partem item in re sit (§§. 6. 7.). Atque in idem vitium rursus labitur in appendice, ubi egregium suam argumentationem uberiori declarat; dum illud tandem aperit in lucem proferat (§. 1.). At vero quo fundamento adstruitur, illud, quod nullam habet partem, non posse esse alterius partem? nonne id, quod non est exercitus, pars exercitur, et quod non est numerus, pars numeri esse potest? Ait quidem: si ens simplex pars esset corporis, necesse fore, ut magna-

dine praeditum sit; cum quaevis pars sibi ipsi aequalis sit (*Appen.* 13.). Sed nihil promovet; quaevis utique pars sibi ipsi aequalis est ea aequalitate, quae vi naturae ipsi competere potest, quae vel ad extensionem, vel ad intensionem pertinet. Quamquam partem esse aequalem sibi ipsi, si generalissime, ut hic oparet, samatur, reapse aliud non sonat, quam partem quad omnia esse eandem secum ipsa; quod verum est, seu ipsa adhuc sit composita, seu non.

- 4.) Duo adhuc sunt, quae profert idem auctor (*§. 58.*); sed quas similiter turpi aequivoicationis via laborant. Primum ait, compositionem esse essentiam entis compositi, ac proxima necessariam; eorum porro, quae necessariassunt, nullam dari rationem sufficientem (*§. 58.*), atque adeo principio rationis sufficientis eo abutit, qui compositionis rationem sufficientem in simplicibus, seu non compositis quaerunt. Tunc sic ait: ens compositum, et simplex sunt opposita, ut possibile, et impossibile, finitus, et infinitus; est autem contradictionum, ut ex oppositis opposita entia exurgat; quia enim unius notio negat, quod alterius notio affirmit, et non sunt possibilia in uno ente: sed quod in uno ente possibile non est, ex illo etiam ens exurgere nequit: igitur quemadmodum ex finitis infinitum, ex impossibiliis possibile oriri nequit, ita absolute impossibile est, ut ex entibus simplicibus ens compositum coaleat. R. ad 1. cum. Compositio dupli modo spectari debet; quatenus est essentia entis compositi, et sic ei necessaria; necessariam quippe est, ut ens compositum sit compositum, neque hujus rei ratio sufficientis quaeritur, sicut non quaevis, quare circulos rotundos sit. Deinde composito spectare comparare ad partes componentes, quatenus est certus modus, quo certae partes inter se confringunt, qui modus contingens est, propter eaque ratione sufficiente eget. Patet id in horologio, cuius essentia, est talis talium partium conjugatio; si quaeras, quare horologium talum partium conjunctionem exigit; nalam proferant rationem, sed dicam, quia secus non esset horologium: si contra quaeras, quare nymphae partes sic sunt consociatae? respondebo, quia id artificis praestitit. En rationem sufficientem compositionis. Deinde non quaevis, quare ens compositum sit compositum, si enim jam ponas ens esse compositum, quaevis prorsus inepta foret: sed quaevis, qui fiat, ut ens aliquod sit compositum, undeque ea compositum exurgat? et hoc tam prudenter, quam utiliter, quaeri potest; quemadmodum quaevis rationem existentiae entis contingentis, tamen existentiam ab essentia realiter distinctam non esse statuamus. Porro aequivoicatione in eo latet, quod, ut patet ex appendice, ponat materiam essentialiter esse compositam, quod eo jure, quod ipse assertit, a nobis negatur; confundit præterea inscitem materiam, et corpus, quasi vero idem esset materia, et horologium. Denique de materia pro corpore accepta affirmit, eam amibilandam fore, si in ipsis divisione ad finem perveniretur, in quo novus contingat

verbore latus. Imprimis enim annihilation accipitur pro simplici interitu, ita quippe corpus in suis elementis resolutum interit, ut horologium, cum nexus partium dissolvitur. Deinde longe diversa sunt, corpora posse in infinitum dividiri, et corpus, quandoque corpus est, dividiri posse; istud cum veritate congruit, alterum non; utrinque tamen idem esse sensus in obiectione ponitur.

- R. Ad 2. dñm. Tametsi ens compositum, et simplex opposita sint, et propterea idem ens simul compositum, et simplex esse nequeat, nihil tamen obstat, quo minus ex pluribus simplicibus inter se cohaerentibus unum compositum consurgat, id quod innumeris exemplis illustrari potest. Quovis globus eburneus non est series, estque simili contradictoryum esse, et non esse seriem, et tamen ex multis globis eburneis iuxto se positis oritur series; ita quoque ex partibus, quae non sint horologium, constat horologium, ex militibus, quorum quibus nec exercitus est, nec sufficiens, caelendo hosti, conflatiæ exercitus ad id praestando sufficiens. Imo generatim pars seorsum accepta non est totum, atque ideo omne totum consurgit ex talibus, quae ipsum non sunt, et sic prorsus compositum praecueriuntur componentia, quae ab ipso distinguuntur, et composta amplius non sint (*vid. ont. §. 177.*). Argumentatio igitur praesens in eo peccat, quod a praedicatis absolutis ad comparativa item ab eo, quod singulis seorsum acceptis, nec inadquate, aut inchoative convenit, ad id, quod in ipsis saltet ex ratione fæst, procedat (*conf. §. 18. sch. n. 1.*) Certe, cum finiti ad infinitum nulla sit proportio (*ont. §. 220. cor. 2.*), illud comparare ad hoc reapse nihilum est; impossibile item idem sonat, quod nihilum (*ont. 29. cor. 1.*); atque infinitorum etiam nihilorum collectione ne una quidem unitas obtinetur: patet igitur, cur ex entibus finitis infinitum, aut ex impossibiliis possibile oriri negeat. Atque hi sunt Achilles illi, quibus vir clarissimus entia simplicia materialia ex turbe eliminavit, præmiumque Academia propositum consecutus est.

- 3.) Ne posita simplicitate materiae sufficientis non sit eam inter, et spiritum discrimen, veretur nonnulli cum Scarella in omnibus Roscovitchi adversante; putant enim posse etiam spiritus id genus viribus attractivis, repulsis a Deo donari, quo eas ipsi corpus componere possent, atque sic periret omne substantiale, atque absolutum discrimen inter animam, et corpus.

- R. Discrimen substantiale, et absolutum inter corpus, et animam semper manet idem, seu corpus dicatur ex simplicibus constare, seu non; corpus enim semper est in compositum, anima contra ens simplex. Deinde quod ad discrimen inter materiam, quae sit ens simplex, et spiritum attinet, illud in eo situm est, quod huius cogitationi pollet; illa cædem caret (*§. 51. cor. 1. et ont. §. 176. sch.*). Usus vero Deus spiritibus eas vires tribuere possit, omnino ignoramus, id tamen extra controversiam ponitur, compositum quoddam ex meris spiritibus constant, si illud possibile sit, essen-

tiali adhuc, et interno discrimine a corporibus nobis notis discernendus fore. Verum de hoc plura in psychologia dicam; consultatur interea Boscovichius (*Thes. phys. phil. natur. p. i. §. 154. seqq.*). Ceterum difficultas haec, si quae sit, pari ratione ipsi auctoem permittit: cum enim ipsi elementa corporum sint entia simplicia virginaliter extensa, easdem prorsus quæstio de his insinui poterit; nam nihil verat, ut et spiritus hujusmodi extensio, si quidem ea non repugnet, praeditos statuamus, praesertim cum notum sit, complectores philosophos et alios, et nunc quoque cum Genuesi animae humanae similiem extensionem attribuisse.

6.) Ipsa idea corporis, et materiae videtur notioem extensionis metaphysice continuare in involve, ita ut subtala una, alteram quoque tolli necesse sit.

¶. Idea haec, quam multi se habere putant, praejudicatis solum opinionibus ortum debet, ut fuisse declarat Boscovichius (*Loc. cit. §. 158. seqq.*). Paucus ex ipso adnotabat. Illud procul dubio arbitror omnino certum, idem corporis, materiae, rei corporare, rei materialis nos huiusmodi ex sensibus. Porro illeas primas omnium, quas circa corpora acquisivimus per sensus, fuerunt omnino eae, quas in nobis tactus excitavit, easdem omnium frequentissimas huiusmodi. Multo profecto in ipso materno utero se tactu perpetuo offerebant, antequam ullam fortasse saporim, aut odorum, aut sonorum, aut colorum ideam habere possebant per altos sensus, quarum ipsarum, ubi eas prius habere coepimus, multo minor sub initium frequentia fuit. Idee autem, quas per tactum habuimus, ortae sunt phænomenis hujusmodi. Experiembamus palpando, vel temere impingendo resistentiam vel a nostris, vel a maternis membris ortam, quae cum nullam interruptionem per aliquod sensibile intervallum sensu obiceret, oblitus nobis cleam impenetrabilitatis, et extensionis continuæ: cumque deinde cessaret in eadem directione alibi resistentia, et secundum aliam directionem exerceretur, terminos ejusdem quantitatis conceperimus, et figuræ idem huiusmodi. Porro oriebantur haec phænomena a corporibus et materia jama efformatis, non a singulis materiae particulis, et quibus ipsa corpora componebantur. Dixi de corporibus corrumque elementis pro scopo satis: restat, ut de eorumdem compenetratione, et replicatione, ut ajunt, paucis agor, idque non alio ex capite, quam quod res haec ad sanctissimum Religionis nostras mysterium ab heterodoxorum obrectationibus vindicandum plurimum inservit.

C A P U T V.

De Compenetratione, et Replicatione Corporum.

QUID IMPENETRABILITAS, IMPENETRATIO, ET IMPENETRABILIS?

LVI. Soliditas, sive impenetrabilis est ea corporum vis, quæ quodvis alterum ex loco, quem actu occupat, excludit. Impenetratio

De Compenetratione, et Replicatione Corporum. 179

est actualis exclusio alterius ex loco occupato proveniente ab ea vi velut effectus. Quod denique hac vi praeditum est, impenetrabile dicimus.

OMNE CORPUS EST NATURALITER IMPENETRATUM? — IDQUE VI REPULSIVA PROVENT?

LVII. Omne corpus spectatis naturae legibus alterum ex suo loco excludit. Quid spectatis naturae legibus fieri debeat, id diuturna constans experientia solum docere potest; sed constans experientia docet, quodvis corpus ita existere in loco, ut pro eo tempore omnia alia ex eodem excludat; quemadmodum longa inducitio istud de corporibus tamen fluidis quam solidis physici ostendunt: ergo spectatis naturae legibus omne corpus alterum ex suo loco excludit.

Schol. 1. Vim hanc samdem esse cum illa, quo motuum elementorum contactum impedit, facile perspicitur; ut enim ea efficit, ne unquam punctum materiae cum alio in eodem spati puncto confruat, ita ab eadem proficiat debet, ut numquam quedam punctorum massa, quae corpus constituit, cum alia simili in eodem loco existat. Provenit igitur haec impenetratio a vi motrice elementorum, cum ea secundum generalem virium legem repulsiva est (§. 53. schol.).

Schol. 2. Assertioni hujc apparentes quedam compenetrationes minime obstant: ut cum lux, vel aer corpora etiam densissima permeat, aut cum diversi generis olea durissima quoque marmora ita pervadunt, ut, cum dissecentur in medio, quin et in inferiori parte variis tincta coloribus apprehendantur. Hoc enim non veram aliquam compenetrationem; sed poros solum, licet ne armatis quidem oculis detegendos, in corporibus solidissime compactis argunt.

QUID COMPENETRATIO — QUAE QUESTIO?

LVIII. Compenetratione est simultanea duorum, aut plurimorum entium in eodem loco coexistencia.

Schol. De entibus creatis mihi sermo est; ens enim increatum, tametsi vi quæ immensisq; omnibus rebus intime praesens adsit, non tamen vero sensu compenetrari dici potest: nempe non hujus existentiae modum nullo pacto intelligimus. Definita porro compenetratione queruntur philosophi, utrum nec per absolutam Dei potentiam effici possit, ut duo, vel plura corpora in eodem loco simul existant? Quae dubio huic solvendo apta videbuntur, jam adferant; verum, ut supra monui, non aliud in finem, quam ut patet, nihil praesidiū heterodoxis in ratione naturali relinquī, quo ipsi ad impugnam sacrosanctum Eucharistiae mysterium verisimiliter uti possint, qui scopus et subsequentis de replicatione quaestiones erit.

IX. In compenetratione corporum nulla est contradic̄tio ex parte ipsius corporis. Nulla est ratio positiva, quæ vel probabili-

ter ostenderet impenetrationem pertinere ad essentialia corporis; si enim esset quaequam ratio, foret ea constans sensum experientia; atque in primis ea tantum docet, quid spectaculæ naturæ legibus fieri debeat; omnem autem probandi vim auctoritatem cum de essentia rerum, et absoluta Dei potentia agitur. Deinde eadem experientia non est ratio, quae evincat actualē lapsū, mutuum accessum, vel recessum, compressarum partium restitutionem de corporis essentia esse; ergo neque evincit impenetrationem ad essentialam corporis pertinere; quemadmodum enim lapsus actualis, mutus accessus, vel recessus, restituū compressarum partium sunt effectus gravitatis, attractio-
nis, repulsionis, elasticitatis; ita impenetratio est effectus impenetrabilitatis; igitur, salva corporis essentia, et manenti illius impenetrabilitate, impenetratio abesse potest; atqui si ita sit, in compen-
tratione corporum nulla est contradic̄to ex parte corporis; quidquid enim ad essentialia non pertinet, neque cum his nexus necessario con-
jungitur, mutari absolute potest; atqui igitur assorti veritas.

LX. In compenetratōne corporum nulla est contradic̄to ex parte elementorum, ex quib⁹ corpora coalescent. Imprimis enim in compenetratōne corporum nequaquam necesse est, ut ipsa quo-
aque elementa compenetrantur, cum in quovis intervallō inter duocem
menta intercepto alia finito numero in infinitū interponi possint.
(§. 55. sch. 1.) Deinde elementa, si ad mutuum contactum perveniant, aliquo naturaliter compenetrantur (ont. §. 92.); quis autem
ajat, actualē illam repulsionem, quās contactum impedit, esse ele-
mentum, id est, enti illi simplici essentialem, nec per absolutam Dei
potentiam impediri posse? redit hīs argumentum (§. praecl.). Denique
duae substantiae compenetratae manent duas, et non propter ea
in unam transire, esse quippe in loco duo involvit; ipsum esse sub-
stantias, et modum coexistendi. Jam vero quis ex eo, quod plures sub-
stantiae habeant eundem modum coexistendi inferat, ipsum earum
esse fieri unicūm; id certe non sit proprieas; quod plures substantiae
habeant eundem respectum ad successiva, seu eodem tempore ex-
istant; sicut autem respectus ad successiva, ita respectus ad coex-
istentia substantias extrinsecus adventit. Sane si haec argumentandū
ratio valeret, nec substantia spiritualis compenetrari posset cum ma-
teriali, quod tamē Lockius acer alias compenetrations hostis fieri
posse apertis verbis proficitur (Essai concer. l'ent. hum. liv. 2.
ch. 27).

LXI. In compenetratōne corporum nulla est contradic̄to ex
parte modi, quo corpora ex elementis componuntur. Modus com-
positionis in eo consistit, ut primum elementa per mētus vires in
certa distantiā cohaerentia eiformē corpusculum primitivū, in
iūo jam ratio compōsiti, certaque corporis species determinatur
(§. 48. cor. 1. 49.); tum ex corporis primitivis ea rursus ratione
conjunctionis derivativa, et tandem ex his majori numero collectis mas-
sa sensibus percipienda oriatur; atqui in hoc modo nihil est, quod
obstet, quo minus duo corpora inter se, vel idem, etiam corpus se-

De Compenetratōne, et Replicatione Corporum. 181

cum ipso compenetretur. Tametsi enim nexus corporisculorum deri-
valiorum solvatur; permanet, tamen elementorum cohaesio, atque
adeo persistens corporiscula primitiva, ipsaque essentia composita, et
determinata corporis species, sed haec infra magis illustrabuntur.

IN COMPENTRATIONE NULLA EST CONTRADIC̄TO.

LXII. In compenetratōne corporum nulla latet contradic̄to.

Si in compenetratōne corporum quaepiam contradic̄to lateret; ea
se teneret, vel ex parte corporis, vel ex parte elementorum, ex quib⁹
corpora coalescent, vel denique ex parte modi, quod corpora ex
elementis componuntur; atqui ex nulla harum partium contradic̄to
quaepiam deprehendit potest (§§. 59. 60. 61.); ergo nulla latet in com-
penetratōne corporum contradic̄to.

Coroll. 1. Quod contradictionem non involvit, est in se possibile (ont.
§. 30.), quodque tale est, per omnipotentiam Dei effici potest
(ont. §. 56. cor. 2. 3.); igitur compenetratōne corporum per Dei
omnipotentiam effici omnino potest.

Coroll. 2. Ex eo, quod admissa reali praesentia SS. Corporis in my-
sterio Eucharistiae videtur quoque admitti debere quedam ejusdem
SS. Corporis compenetratōne, nullo pacto sequitur dogmati
huius fidem denegandam esse, ut complures heterodoxi hac actate
contentur.

Schol. 2. Non puto, quequam fore, quid de majoris propositionis ve-
ritate dubitet; non enim quidpiam aliud praeter corpus ipsum,
elementa et compositionis modum cogitari posse videtur, in quo
prætensa contradic̄to lateat; aut si sit aliud, proferant illud
in medium adversarii, ut similem argumentationem eidem accom-
modare possimus. Atque istud de iis quoque, quae ad minoris pro-
positiones attulit, notari vellit; cum enim in argumento negativo
verser, nulla reapse probatio a me jure exigitur (§. 235. schol. l.
5. leg.); id duntaxat mihi incubuit ostendere, contradictiones quas
adversarii adducunt, esse solum apparentes, in se nullas: id quod
et præstitum adhuc fuit, et objectorum solitique deinceps præ-
stabitur. Profecto quādūlū repugnantiā clare non demonstratur,
standam est pro omnipotentiā Dei, neque licet ei quodpiam objec-
tum substrahere eo tantum titulo, quod illud finita nostra intel-
ligentia non assequamus.

SOLVUNTUR OBJECTIONES.

Schol. 2. Examinemus igitur ea, quae adversae partis patronis repu-
gnantia involverevidentur.

Ajunt t. 1. Omne corpus est vi essentiae impenetrabile; ergo com-
penetratōne corporum est absolute impossibilis. Ratio consequen-
tis est, quia secus posset aliud corpus simul esse impenetrabile,
et simul penetrabile, quod repugnat.

R. d. a. 1. Omne corpus est vi essentiae impenetrabile, quatenus ha-
bet vim excludendi aliud corpus ex loco, in quo est; c. ant. qua-
tenus ea vi actu excludit aliud corpus, n. ant. Aliud est nempe

vis ipsa, aliud effectus ab ea proveniens; illa ad essentiam pertinet, hic non; quare per absolutam Dei potentiam impediri potest: quemadmodum Deus, quod nemo negaverit, efficere potest, ut ignis vi sua non agat actu, et stuprum sibi applicatum non aduratur. Atque hoc sine absurdio, corpus enim impenetrabile per absolutam Dei potentiam penetratum esse nequaquam contradictionem involvit; hoc quippe non aliud sonat, quam corpus, quod vi naturae habet vim excludendi omne aliud corpus ex suo loco, nunc ob impedimentum per absolutam Dei potentiam positum, actu aliud corpus non excludere: quemadmodum corpus, quod habet vim labendi in terram, non tamen labitur, cum ipsi quidam obstat.

- 2.) Extensio pertinet ad essentiam corporis sed in compenetratione corporis per extensio: ergo in compenetratione corporis ejus essentia periret. Atque id de omni ea extensione, quam corpus ante compenetrationem habet, intelligendum est; nam omnino repugnat, ut sit corpus ita extensus absque extensione partium, ut ajunt, integralium.

¶ d.m. Extensio partium essentialium pertinet ad essentiam corporis; c.M. extensio partium integralium, n.M. et sic d. m. n. cons. Partes *essentiales* vero ipsa elementa, ex quibus immediate corporis primitiva confundatur, horumque elementorum positio extra se invicem est extensis partium essentialium, quae utique ad essentiam corporis pertinet; cum per eam non modo ratio compositi, sed species etiam corporis determinetur (§. 48. cor. 1.). Partes denique *integrale*s sunt mihi corpuscula ipsa tum primitiva, tum derivativa, propterea quod haec integratim solum massae, et magnitudinem volumini pertinent; nam ablati quoque aliquot ejusmodi corpusculi manet adhuc eius speciei corpus, ut patet in massa aurii, quae etiam disiecta rationem aurii conservat. Sic ut porro ipsae partes integrales non sunt de essentia corporis, ita neque eam *extensio*, sive positio extra se invicem ad eam essentiam pertinet: quare tametsi in compenetratione positio, partium integralium tollatur, aut immutetur, nihil tamen propter ea de essentia compositi, aut corporis ejus speciei decedit. Quanquam nec istud in omni compenetratione evenire necessum est; potest enim, exempli causa, globus aureus cum globo argenteo compenetrandi salva in utroque partium integralium extensione. Unde patet, quam infirmum sit hoc argumentum ab extensione corporis petitum. Id, quod additur, rursus distinctione dissolvo: repugnat, ut sit corpus ita extensus *reduuplicatus* sive sumptum absque extensione partium integralium c. *specificative* sumptum, n. *Reduplicatio*, ut ait Chawinus, (*Lex. phil. hoc cit.*) est quedam conditione posit in propositione determinans, ut ibidem rationem, qua praedictum attribuitur subiecto, exprimitur fere his particulis, ut, *quatenus, qua, qua tale, qua ratione*. Fit igitur *reduuplicatio*, cum subiectum aliquod una cum modo, seu forma sua tamquam

anum aliquod compositum consideratur, ita ut modus ipsi illius compositi essentiam ingrediatur, seu verbis gratia: si considerem hominem dictum *ut dictum*, considerero velut quoddam compositum, *tum* *quod* *per* *hominem*, quam per doctrinam essentialiter constitutur, licet doctrina ad essentiam hominis *specificativa*, id est in re solum spectati nequaquam pertineat, *Parviatione* corpus ita extensus spectari potest vel *reduuplicative*; ut est ita *extensis*, vel *specificative*, *quod* *nunc* *est* *ita extensis*; priori modo consideratum non potest quidem esse absque extensione partium integralium, quin haec illius essentiam pertineant; verum hoc minime obest; neque enim dicimus corpus *ita extensis*, *ut est ita extensis* compenetrari posse, secum ipso videlicet, nam posse cum alio paullo ante dictum est; sed dicimus corpus, *quod est ita nunc extensis* compenetrari posse, non quidem manente tota hac extensione, seu volumine, sed immunito.

3.) Si dui corpora compenetrari possent, possent etiam compenetrari duae substantiae; atqui hoc evidenter repugnat; nam de essentia substantiarum est existere extra alteram; sed substantia compenetrata non existit extra alteram: ergo M. p. 1. omnia substantia ex essentia sua ab altera distinguuntur; sed quod ab altero distinguuntur, existit extra alterum; ergo: 2. Unicunq; discrimen inter substantiam, et accidens in eo ponitur, quod hujus proprium sit inesse, seu non existere, cum accidens non habeat existentiam substantiae, neque ab hac separari existere perga.

R. 1. Tametsi daremus Leibnitianis, quorum haec est argumentatio, substantias compenetrari non posse, nihil tamen contra compenetrationem corporum inferri posset cum ad eam necesse non sit, ut unquam duas substantias compenetrarentur (§. 65.). Sunt equidem, qui in eum haec de re non consentiunt. Ego autem sic existim: *corpus a cum corpore b vere, et proprie compenetrandum fore si illud ita in hoc existetur, ut singula illius elementa, persistente tamen munro nexu, in intervallis vacuis elementorum alterius ponantur*; sic enim arguo: compenetratio (vera) est (vera) simultanea diuorum enflum in eodem loco coexistencia (§. 56.); sed in hac hypothesi haec dui corpora, et si ipsorum elementa non compenetrarentur, vere in eodem loco existerent: igitur vera fore compenetratio non quidem elementorum sed ipsorum corporum. Ceterum si quis pertinaciter contendat, eas compenetrationem *impropriam*, aut *apparentem* dici debere, non amplius repugnabo logomachiam veritus; si modo eandem fieri posse profitear: *ut si quippe meo proposito plane satisfacti*.

R. 2. trah. M. n. m. ad prob. d. M. de essentia substantiae est existere extra alteram id est, existere per existentiam distinctam, et sibi soli propriam c. M. de essentia substantiae est existere extra alteram, id est, distinctum locum occupare, n. m. et sic d. m. n. cons. Cum existentia actualis vera non distinguatur ab essentia actuali (ont. §. 55.), necesse utique est ut sicut quaevis sub-

stantia habeat distinctam essentiam, ita etiam habeat distinctam existentiam, sibique soli propriam; verum inde minime infurter, eam in distincto quoque loco necessario existere. Neque inter locum, et existentiam illa est partis; existentiam enim est forma interna realiter cum essentia, ut ait; identificata sicut igitur essentia incommunicabilis est, nec duabus simul substantiis communis esse potest, ita idem pariter de existentia affirmandum est. Contra locus realis, cum sit determinatus modus coexistendi simultaneis (ont. §. 208.), est respectus duntaxat externus, qui substantiam interne non affect, neq; quidquam in ea mutat: quare fieri potest, ut hi respectus in pluribus substantiis simul communi, quemadmodum respectus ad successiva omnibus illis substantiis communis est, quae eodem tempore simul existunt.

Ad id, quod ulterior probatio primo loco ponitur, ajo, praecario sumi a Leibnitianis illa tantum distincta esse, quae distinctis in locis existunt, immo hoc ipsum hic in quaestione versatur; unde absque vitio circuli opponi non potest. Deinde numquid accidens distinguunt a substantia, in qua inhaeret? existit illud propterea in loco distincto? certe, qui i dentitatem, et distinctionem entium ab identitate, et distinctione loci repouant, non habent, unde ipsam hanc loci identitatem, et distinctiones explicit. Quare illa solam distincta dici debent, que ipsum *hoc esse* commune non habent (ont. §. 63.); unde omnis substantia ex essentia sua, et per essentiam suam ab alia distinguatur, seu in diverso, seu in eodem cum altero loco existat (vid. §. 60.).

Ad alterum: discrimen inter substantiam, et accidens istud est: substantiam per se existit, nulloque subiecto inhaesione egit; contra accidens non potest existere sine substantia, in qua velut subiecto inhaeret, et a qua ita in existendo pendet, ut ab ea separatum continuo pereat. Est porro hic modus, quo accidens substantiae *inexistit*, longe diversus ab eo quo substantia alteri, quacum compenetratur, *inexistit*; substantia enim compenetrata eundem modum existendi, quem ante compenetracionem ut substantia habuit, retinet: permanente nempe eadem essentia perseverat eadem existitia. Turpe igitur aequivocationis vitium in vocabulatu inesse, *inexistere* hic committitur, super quo tamen velut fitissimo fundamento suum Leibnitiani systema aedificant.

4. Si duo extensa abstracta concipiuntur compenetrari, ex duobus extensis unum efficiuntur: igitur etiam idem fiat duabus substantiis, aut extensis concreta, necesse est, si compenetrantur. Ita arguit Antonius Genensis (Elem. met. p. 1. §. 61. sch.). Si duae substantiae formaliter extessae se penetrant omnimoda compenetratio, erunt una, eademque substantia. Nihil esse potest apertus. Quis enim ut simili exemplo utar, duos globos ejusdem molis, a, b compenetratos in eundem habeat pro distinctis? nisi fortasse, qui nondum intelligere potuit, quid sit res distinguiri. Sane ut duae extensiones penetratae sunt ea-

dem extensio, ita duae substantiae extensa penetratae eodem substantia. Tum ultius prosequitur: Proprietates separari a substantiis nequeunt: ergo cum miscerint in duabus extensis compenetratis, necesse est, ut et ipse se compenetrant, id est, ut sibi se mutuo communicent, atque ut unum sint idemque loco, et tempore, quemadmodum duae illae substantiae loco, et tempore sunt unum. Capitular cubus vitri, atque cum aequalis cubo auri compenetretur, erunt loco, ac tempore eodem unus idemque cubus extensi. Dicas nunc proprietates in his duabus cubis non compenetrari: erit malleabilitas auri aut loco, aut tempore distincta a fragilitate vitri, quod qui concipi, simul concipi duos illos cubos compenetratos non unum, sed duos esse extensi cubos. Ita illa velut ex tripode (Loc. cit. §. 23.).

R. Imprimis non intelligo, quid sit substantia formaliter extensa; nam ut ipso docet: substantia nequiescere nisi simplex: Deinde disparem ratione assigno, extensem in abstracto, cum nihil sit reale, nihil habet, nisi quod ipsi mens nostra tribuit; concipiimus autem nihil prorsus nisi meram extensionem, vel in longum tantum, vel etiam in latum, vel simil in profundum. Inde fit, ut cum eiusmodi extensione cum altera compenetrari cogitamus, nihil amplius sit, per quod una ab altera discernatur; non enim possumus ideam animo informare, per quam duae linea mathematicae in eodem loco existentes, ut duae, represententur, quemadmodum nec duas sectiones ejusdem tabulae in eodem loco existentes concipi possumus. Contra duae substantiae, vel duo extensa concreta, id est, duo corpora, si compenetrantur, servant omnia eadem, per quae antea discernebantur; servant nimis suas vires activas, eruntque proinde adhuc duo repellentia, duo attrahentia, duo inertia, duo mobilia, verbo duo globi, a, et b. Neque enim haec, et similes proprietates a loco, aut ab extensione partium integrantium pendent. Fieri fortasse posset, ut nos duos globos a, et b compenetratos discerneremus non valeamus; verum non queratur, quod nobis sensibus nostris appareat, sed quid in se sit, quidque intellectus infinitus percipere debeat.

Nec plus robora ea continent, quae sequuntur. Certe sicut in eodem corpore, vel in eadem substantia multas sunt proprietates distinctas, quin inter se commisceantur, ita possunt aeedem proprietates masere inter se distinctae in duabus substantiis, vel corporibus compenetratis. Praeterea a veritate alienum est, idem sonare, esse unum idemque loco, et tempore, et inter se commiscerari, atque hoc ipsis quaestio vertitur; quaerimus enim, utrum, si compenetratio fieret; proprietates unius substantiae cum proprietatibus alterius confunderentur, et commiserentur; tametsi lubentes demus, easdem proprietates et loco, et tempore unum idemque esse. Nam istud non aliud significat, quam has proprietates eodem tempore in eodem loco existere, quod neutiquam im-

pedit, ut eas non in diversis subjectis inhaerant. Profecto vel ex eo, quod ipso fatente proprietates a substantia separari nequeant, manifeste sequitur, quamlibet proprietatem etiam facta compenetratione suae substantiae inhaesuram: cum hic nihil mutetur, nisi locus, qui utroque respectus exterius internam subjecti constitutionem, aut eius proprietates minime afficiat. Atque hinc apparet sophisma esse, non argumentationem quo Grentensis utitur. Ait ex substantiis datibus compenetrari fieri *unum*, idque intelligi *quod tempus, et locum*. Neque vero contra hoc pugnamus; sed id ipsum assirimus: quid enim est compenetrari, nisi *unum fieri quod tempus, et locum*? Et quid hic absurdus latet? Nonne substantiae, quas ante compenetrationem simul extiterunt, *unum quod tempus*? Cur igitur non possent etiam simul esse *unicum quod locum*, ita tamen ut reapse, et in se maneat duea substantiae? In casu igitur proposito duo illi cuius compenetraruntur duo, et quibus suas retinobeis proprietates, ita ut malleabilitas, aurum in cibo aereo, et fragilitas vitri in cubo vitro futura sit; sed locus erit utriusque communis.

5.) Si compenetrari corpori esset possibilis, posset corpus compenetrari secum ipsis usque ad punctum quoddam spati: sed hoc fieri nequit, eti si poneatur punctum illud extensione gaudente; omne enim corpus est ens compositum: ergo essentia omnis corporis est talis nexus talium partium; sed in hoc casu tolleretur talis nexus talium partium: ergo.

¶ M. Si compenetratio corpori esset possibilis, posset corpus compenetrari secum ipsis usque ad punctum quoddam spati *extensem adhuc, et divisible*, seu accusatus loquendo, ad *spatiolum aliquod minimum*, c. M. ad punctum quoddam *simplex, et individuum*, n. M. et sic d. m. n. cons. Ratio est, quia, cum corporis eius compenetratio debet manere corpus, necessaria est, ut saltu omnia corporeis primitiva illas permaneant; nam si et ista dissolverentur, nec corpus absolute, nec hujus speciei amplius adesset: sed sola remanent elementa, ex quibus corpus antea componebatur, quia si ad contactum motum pervenirent, omnia simul in uno individuo puncto spati consistentur. Jam vero, eis ponamus omnia corporeis primitiva alienius massae ante sensibiliis intra se existere, egebunt tamen spatiolo quoddam dividuo in tot nempe partes, in quot ipsis illud corporeisq; secari potest: igitur corpus quodvis potest per compenetrationem redigi ad minimum quoddam spatiolum, nullo tamen pacto ad punctum spati individualium. Idem cum proportione dicendum de corpore heterogeneo, seu tali, quod ex diversae speciei corporis coalescit; hac quippe in hypothesi omnia omnium diversarum specierum corporeis primitiva solvi debentur. Cum autem dico, corpus possit usque ad spatiolum unius corporeis primitivo respondens compenetrari, nihil ipsius essentiae contrarium admitto, unde ad probacionem.

Ajo: c. ant. d. cons. ergo essentia omnis corporis est talis nexus talium partium *essentialium*, c. cons. *integralium*, n. cons. et sic d. m. sub. n. cons. Quid per partes *essentiales*, et *integrales* intelligam jam supra (n. 2.) insinuavi. Patet porro in praesenti casu solum partium *integralium* nexus tolli, non item *essentialium*; nam cum secundum dicta omnia corporeis primitiva integra permaneant, permanet etiam nexus elementorum, qui essentiam, et speciem corporis constituit. Atque ex his colliges: 1. non prorsus a vero aberrans Cartesium, dum essentiam corporis in extensione constituit; nam revera sine omni extensione nullus corpus esse potest, cum omne corpus sit ens compositum; 2. illos contra aut improlix logi, aut omnia a veritate deflectere, qui ajunt posse corpus per absolutam Dei potentiam usque ad unicum punctum compenetrari, et tamen manere corpus: 3. illorum denique obscurum esse sermonem, qui docet corporis compenetrationem existere definitivam (ont. §. 201. schol.); falsum enim istud est, si partes essentiales intelligantur: comparatae tamen ad partes integrales aliquo sensu sustineri potest; nam si plura corporeis primitiva intrata esse existant, iisdem simul sumptu eadem pars spatii imaginari responderet concipiatur.

Ad extremum dicet fortasse aliquis: omnia, quibus compenetrationis possibiliter evincere collaboravi, argumenta in recenti hoc de corporum genesis systemate inniti, quod tamen etiam nunc in acutem a philosophis disceptionem vocatur. At vero deus systema hoc nondum absoluta certitudine pollere, nemo certe adeo inimicus erit, ut illud etiam possibilitate expoliet. Jam vero vel sola systematis hujus possibilis compenetrationis quoque possibiliter tamen demonstrant, clare enim inde colligitur, compenetrationem corporis in se spectatam nequaquam repugnare; id quod mihi unice demonstrandum sumis. Deinde ulterius argumentando progrederi licebit si nos imbecilli nostra intelligentia vel unum modum detegere possimus, quo corporum compenetratio effici queat, dubitari non potest, quin innumeris alii sint, nobis quidem ignoti, at infinito intellectu optimis perspecti, quibus idem obtineri possit. Quare non est, cur Deo hanc potentiam denegemus. Sed jam ad alteram hujus capituli partem transeamus.

QUID REPLICATIO! — QUAES QUESTIO?

LXII. *Replicatio* est simultanea ejusdem entis in duabus, vel pluribus locis existentia.

Schol. Hic rursus de ente infinito sermo non est: illud enim ab essentia sua immensitate habet, quod utique praesens adsit. Porro tametsi de ente generativi definito data sit, quaestio tamen haec comprimis ad corpora pertinet ob rationem supra allatam. Quae tamen igitur, utrum per absolutam saltem Dei potentiam unum idemque corpus eodem temporis momento in pluribus locis existere queat; nam spectatis naturae viribus id fieri nequaquam posse

quotidiana experientia docet, cuius testimonium si rejiciamus, nihil amplius in rebus naturalibus certum erit.

LXIV. *Multiplicatio loco non multiplicatur ipsum corpus.* Multiplicatio loco solus multiplicatur respectus quidam ad coexistentialia simultanea (ont. §. 208.) corpori ipsi externis, sed multiplicatio id genus respectu exteriorum corporum ipsum non multiplicatur, quemadmodum patet in corpore per plura temporis momenta in eodem loco, vel successiva in pluribus locis existente, quod certe unum idemque permanet, ergo multiplicatio loco non multiplicatur ipsum corpus.

LXV. *In replicatione corpus unum non evadit multiplex.* Si in replicatione unum corpus evadetur multiplex, id fieret ob locum multiplicatum; sed ob multiplicatum locum ipsum corpus non evadit multiplex (§. praeo.); ergo in replicatione unum corpus non evadit multiplex.

IN REPLICATIONE NULLA EST CONTRADICATIO.

LXVI. *In replicatione corporum nulla est contradictione.* Si in replicatione corporum aliqua esset contradictione, illa foret in eo, quod unum corpus evadat multiplex, in quo omnes fere adversarii consentient: sed in replicatione unum corpus non evadit multiplex (§. praeo.), ut inscite pronuntiat Clericus (*Praef. ad Ont.*); ergo in replicatione corporum nulla est contradictione.

Coroll. 1. Igitur replicatio corporum in se possibilis est (ont. §. 39.), ac per absolutam Dei potentiam effici potest (ont. §. 36. cor. 2.3.).

Coroll. 2. Ex eo, quod in sacrosanto Eucheristiae mysterio sanctissimum Christi Corpus in pluribus locis simul existat, nullum peti potest argumentum, quo heterodoxi catholicum dogma impugnant.

RESPONDEAT OBJECTUS.

Schol. Hec quoque pertinet ea, quae supra (§. 62. schol. 1.) monuit. Necrum nimur partium non est positiva ratione compbare, nullam in replicatione corporum contradictionem latere; id enim per se esse inde sequitur, quod nulla in hunc usque diem aperta contradictione demonstrata fuerit: levia certe sunt, quae in contraria parte adferuntur, ut mox videbimus. Ajunt enim:

- 1.) Certum est illa esse realiter distincta, quae distincta in locis existunt: replicatio igitur corporum contradictionem involvit: *ant. p.* Certum est illa esse realiter distincta, quae separata sunt: sed illa, quae distincta in locis existunt, sunt separata: ergo. Accedit, quod separabilitas quoad locum sit nota certissima realis distinctionis; atque in iis, quae distincti in locis existunt, habetur separabilitas quoad locum: igitur in illis quoque distinctio realis datur. *R. d. ant.* Certum est *physice* illa esse realiter distincta, quae distinctis in locis existunt. *d. ant. etiam metaphysice neg. ant. et cons.* Certitudine haec experientia solum nittitur, ac proinde physica tantum est; experientia enim docet duntaxat, quid secundum communem naturam leges et fiat, et fieri debeat; id vero non prohibet, quo minus Deus sic volentes contrarium quandoque efficiatur.

De Compenetracione, et Replicatione Corporum. 189

Quemadmodum cum video regulum ex tecto decadentem, certus quemdum sum physice, eam ad terram usque lapsuram; interea tamen in se non repugnat, ut in aere suspensa haereat.

Ad prob. C. M. d. m. si secundum communem naturam leges sic existant, c. m. secus n. m. etiam cons. Quae separata sunt, aut separari possunt, illa sunt reipsea distincta, atque hoc nobis certitudine etiam metaphysica constat; repugnat enim, ut aliquid a se ipso separetur. Porro quae secundum communem naturam leges in distinctis locis existunt, sunt in se separata, quemadmodum foeca, in quibus ita existunt, a se separantur: et de hoc quoque certudo metaphysica habetur. Unde metaphysice certum est ea, quae distinctis in locis naturaliter existunt, reipsea distincta esse. At vero, utrum, quo distinctis in locis existunt, naturaliter existant, certitudine metaphysica scire nequaquam possumus; cognitio enim, quae hic habet, sensibus solum comparatur. Jam autem corpus in dubios locis per replicationem existens non separatur a se ipso, tametsi loca sint separata: ad hoc enim, ut aliquid ab altero separatur, requiritur, ut illud ibi non sit, ubi est alterum; corpus vero replicatum existens in uno loco non abest a se ipso existente in alio loco. Paritas a tempore haec insigniter illustrat: illa tantum tempore a se separant, quorum alterum non existit eo tempore, quo existit alterum; at vero, ubi idem corpus per plura temporis momenta perdurat, non utique ipsum vigesimo momento existens separatur a se ipso primo momento existente, et si momenta inter se separata, et distincta sint.

Ad 1. quod additus rursus d. M. hoc sensu: quod ea sint distincta quorum alterum potest existere in determinato loco non existente illo altero, c. M. hoc sensu: quod omnia ea sint distincta, quaecumque in distinctis locis quia demum coniuncte ratione existunt, n. M. et sic d. m. n. cons. Sume corpus a; si istud existere possit in loco c, quin in eodem simul existat corpus b, aderit nota certissima realis inter a, et b distinctionis. Id autem in replicatione non continet; si enim corpus a ex loco c replicatur in locum d, corpus a non potest existere in loco d sine illo, quod existit in loco c, id est, sine se ipso. Inde cum video corpus a existere in loco c, et aliud prorsus simile b in loco d, scio quidem adesse separabilitatem quoad locum, seu realem locorum separationem; non tamen metaphysice certus simus corpus a a corpore b realiter distinguiri, cum haec distinctio fundetur solum in naturae legibus, quas permittare Deo liberum est. Patel igitur non omnem separabilitatem quoad locum certissimam notam distinctionis realis esse.

2.) Si corpus quodpiam simul in locis a, et b existere, distaret illud a se ipso; atque hoc absurdum est: ergo. M. p. loca a, et b distarent; ergo etiam corpus in iis existens, c. p. idea loca a et b distarent, quia locus a habet aliam relationem ad coexistentialium, quam locus b; sed etiam corpus in loco b existens alia haberet relationem, quam corpus in loco b existens: ergo si.

R. n. M. Non enim corpus distaret a se ipso; sed ipsum in locis distantibus simul existet. Ad prob. c. ant. n. cons. ad hujus prob. d. M. ideo duntaxat, n. M. ideo et simul, quia relationem ad coexistentiam, quam haberet locus *a*, non etiam haberet locus *b*. n. M. sic d. m. n. cons. Disparitas in eo sita est: imprimitam relationem ad simultaneam, quam habet locus *a*, non haberet quoque locus *b*; deinde etiam inter puncta spatii imaginarii, quae duobus his locis *a*, et *b* responderent, duci posset linea, quae distantiam et designaret, et metiretur; ex quibus colligatur loco *a*, et *b* distare. Contra corpus, et si per replicationem existens in loco *b* aliam relationem habeat ad coexistentiam, quam idem corpus, prout in loco *a* existit, habet tamen simul eandem relationem, quam habet corpus, quod in loco *a* existit, cum sit idem. Inde vero tantum sequitur, idem corpus duas simul diversas relations ad coexistentia habere; id est in duobus locis simul existere, sicut cum idem corpus successice diversas relations ad distincta temporis momenta habet, non sequitur illud a se distare; sed tantum in diversis momentis existere.

3.) Si corpus a possit replicari, posset illud alteri *b* simul esse contingut, et simul ab eodem distare, sed hoc repugnat: ergo.

R. d. M. Respectu diversi loci, c. M. respectu ejusdem loci n. M. sic d. m. n. cons. Fatoe in uno eodemque loco non posse corpus *b* contingi a corpore *a*, et simul non contingi, hinc enim idem affirmaretur et negaretur de eodem subiecto sub eodem respectu; at vero mutato respectu, et multiplicato loco haec contradictione esset: patet id ex duabus propositionibus, quae in hoc eas verae furent, queaque nequaquam contradictiones sunt, videbile: *corpus a*, prout existit in loco *c*, contingit corpus *b*, et *corpus a*, prout existit in loco *d*, non contingit corpus *b*. Generatio hic prole notandum est, ex eo, quod quaque ipsa absurdum videatur, et convenire nequeant corporibus prout ipsa secundum naturae leges, uno tantum loco existunt, indabitantur colligi non posse, ea ita absolute repugnare, ut nec corporibus replicatis competere queant: si enim eorum repugnare ab unitate duntaxat loci pendaat, quod saepissime evenit, necesse est, ut hancitemper per replicationem schiata et ipsa tollatur.

4.) Facta replicatione posset idem corpus moveri motibus contrariis, in uno loco versus ortum, in altero versus occasum, quod rursus repugnare ita ostendunt, nequit idem corpus eodem loco moveri simul versus ortum, et occasum; ergo neque in diverso loco *a*, p. Ideo primum: quia inde sequeretur idem corpus moveri versus ortum, et simul non moveri; sed idem sequeretur in casu altero: ergo si. n. M. Assertum. Ad. prob. c. ant. n. cons. Ad hujus prob. d. M. sub eodem respectu, c. M. sub diverso respectu. M. sic d. m. n. cons. Nempe etsi idem corpus non replicatum motibus contrariis fieri nequeat, potest idem tamen contingere corpori replicato, cum ob diversitatem locorum respectus mutetur. Etenim positâ replica-

tione solum sequitur, idem corpus moveri versus ortum positive, et non moveri versus ortum exclusive, id est, ita in ipso loco moveri versus ortum, ut non excludat, seu impedit motum versus occasum pro aliо loco. *Moveretur igitur corpus in loco a* versus ortum positive, et non moveretur in loco a versus ortum exclusive: et in eodem loco b non moveretur versus occasum exclusive, quae enunciations, ut facile patet, non sunt contradictoriarum. Ceterum de motu plane laborandum non videatur: novimus enim idem corpus replicatum comparare ad alia moveri posse, dum compare ad alia quiescere, ut evenit homini in navi sedenti, dum ea secundo flumen decurrat.

5.) Corpus in locis *a*, et *b* existens circumscriberentur loco *a*, et simul non circumscirberetur; atque hoc utique contradictorium est; ergo.

R. d. M. Corpus in locis, a; et *b* existens circumscriberetur loco *a*, et simul non solo loco a circumscirberetur, c. M. circumscirberetur solo loco *a*; et simul solo loco a non circumscirberetur, n. M. sic d. m. n. cons. Corpus replicatum toti locis circumscribitur, id est, circumscriptive existit, in quot locis replicatur, nam in omnibus locis ejus partes diversa diversi partibus spatii imaginarii commensurantur; quod proprie est circumscriptive existere (ant. 5. 201. sch.). Inde corpus replicatum circumscriptive existit in loco *a*; sed non solum in loco *a*, cum etiam circumscriptive existat in loco *b*. Quod si per circumscribi loco cum Chawino (*Lxx Philip. hoc. cit.*), aliquis intelligat loco contineri, et quasi ejus termini conclusi, ajo: corpus existens in loco *a* continetur, concluditur, seu circumscirbitur loco *a* positive; et non continetur eodem loco exclusive; id est: ita totum corpus continetur loco *a*, ut simul non excludatur, seu impediatur, quominus etiam totum loco *b*, et alio quovis contineri possit, non quidem secundum communes naturae leges, sed per efficacissimum Dei easdem immutantis voluntatem.

Aitque haec ad comprehendendam tum compenetracionis, tum replicationis possibiliter dicta sufficiant: curiosius porro inquirere, quid admissa compenetracione, et replicatione fieri possit, aut non possit; quae nominatio adjuncta repugnat, quo determinate modo eas efficiant, nec utile, nec necessarium est; si solus ea novit, qui omnia novit, et efficiere potest. Philosophi duntaxat est, hanc Deo potentiam triubere; cetera illi relinquunt, oportet. Quod ab omni dubio longissime removetur, istud est. Deum hucus, aut loci causa contra stabilitas naturae leges nihil moliri: quare injuria affecti supremam naturam Auctorem, qui ab ejusmodi questionibus, quae verae solum Religionis ab obfectoriorum calumnis vindicandae gratia agitantur, ad examinandas inutiles nugas defecit.